In ſummis feſtis.

G Loria in ex cel ſis de o.

I te miſ ſa eſt.

Tpe paſchali. et in feſtis omeliar.

G Loria in excelſis deo.

In vigilia paſche cātum.

B enedicamus dño alleluia.

In die paſche et p ebdomadā et dñicis diebus et in feſtis omeliarū vſq ad oct penth. canitur.

I te miſſa eſt alleluia.

Ferialibus diebus poſt paſcha et in feſtis triū lectionū.

I te miſſa eſt alleluia.

In duplicibus et ſemiduplicibus

G Loria in excel ſis deo.

I te miſſa eſt

In feſtis beate marie virgis et in cōmemo. ipſius q̄ fit ſabbatis diebus. et in ſcda miſſa natiuita. dñi.

G Loria in excelſis deo.

I te miſſa eſt

Infra aduē. et .lxx. i cōme. btē. ma.

B enedicamus domino.

In feſtis. ix. lectionū et infra oct. ſolēpnes et in cōmemo. ſācti petri et ſcōr magor et dñicis diebus qñ noct. canitur extra. lxx.

G Loria in excelſis de o.

I te miſ ſa eſt.

In feſtis ſcōr officiat. iij. lect.

G Loria in excelſis deo.

I te miſſa eſt.

In aduentu dñi dñicis dieb9 et in. lxx. et qñ non canitur Gla in.

B enedicamus domino.

R equieſcant in pace.

Scdm aliquos canit de domina in cōmemo. ipſius.

G Loria in ex celſis deo.

I te miſſa eſt.

Hymnus angelicus.

Gloria in excelſis deo. Et in
terra pax homībus bo/
ne volūtatis. Laudamꝰ te. Be
nedicimus te. Adoramꝰ te. Glo
rificamus te. Gracias agimꝰ tibi
ꝓpter magnā gloriam tuā. Dñe
deus rex celeſtis deus pater omni
potens. Domie fili vnigenite ihe
ſu chriſte altiſſime. Dñe deus ag
nus dei filiꝰ patris. qui tollis pec/
cata mūdi miſerere nobis. Qui
tollis peccata mūdi ſuſcipe depre/
cacionē noſtrā. Qui ſedes ad de/
xterā patris miſerere nob. Quo/
niam tu ſolus ſanctus. Tu ſolꝰ
dominus. Tu ſolus altiſſimꝰ. ihe
ſu chriſte. Cum ſancto ſpiritu in
gloria dei patris. Amen.

De domina noſtra.

Gloria in excelſis deo. Et in
terra pax hoibus bone volūtatis
Laudamꝰ te. Benedicimus te
Adoramus te. Glorificamꝰ te.
Gracias agimus tibi ꝓpter mag
nam gloriā tuam. Domie deus
rex celeſtis deus pater om̄ipotēs.
Domie fili vnigeite iheſu chriſte.
Spiritus et alme orphanoꝝ pa/
raclyte. Dñe deus agnus dei fili
us patris. Primogenitus marie
virgis matris. Qui tollis pecca/
ta mūdi miſerere nobis. Qui tol
lis peccata mūdi ſuſcipe depreca/
cionē noſtram. Ad marie gloriam

Qui ſedes ad dexterā patris mi/
ſerere nobis. Quoniam tu ſolus
ſanctus. Mariā ſanctificās. Tu
ſolus dominꝰ. Mariā gubernās.
Tu ſolus altiſſimꝰ. Mariam co/
ronās iheſu chriſte. Cū ſancto ſpi
ritu in gloria dei patris. Amen.

Solempniter.

Credo in vnum deum.

Dñicaliter.

Credo in vnū deum. Patrē
omnipotentē factorem celi et ter/
re viſibiliū omniū et inuiſibiliū ꝛ
in vnū dominū iheſum chriſtū fili
um dei vnigenitū ꝛ ex patre natū
ante om̄ia ſecula. deū de deo lumē
de lumine deū veꝝ de deo vero. ge
nitū non factū cōſubſtancialē pa/
tri. per quē om̄ia facta ſunt. Qui
ꝓpter nos homies et ꝓpter noſtrā
ſalutem deſcendit de celis. Et in
carnatꝰ eſt de ſpiritu ſancto ex ma
ria virgine. et homo factus eſt.
Crucifixus eciā pro nobis ſub pō/
cio pilato. paſſus et ſepultꝰ ē. Et
reſurrexit tercia die ſm ſcriptu/
ras. Et aſcendit in celū ſedet ad de
xteram patris. Et iteꝝ venturus
eſt cum gloria iudicare viuos et
mortuos. Cuius regni non erit fi/
nis. Et in ſpiritū ſanctū dñm et vi
uificantē: qui ex patre filioqꝫ pro/

cedit. qui cum patre et filio ſimul
adoratur et cõglorificat᷑. qui locu/
tus eſt ꝑ ꝓphetas Et vnã ſanctam
catholicam et apoſtolicã eccleſiã.
Cõfiteor vnũ baptiſma in remiſſi
onẽ peccatoꝝ. Et expecto reſurre/
ctionẽ mortuoꝝ. Et vitã vẽturi ſe
culi. Amen. Sequitur. Dñs vo/
biſcũ. Oremus. Deinde Offer.
Poſt offertoriũ ad abluendũ digi/
tos.

Lauabo inter innocẽtes ma/
nus meas ⁊ circũdabo alta
re tuũ dñe. Deinde fac ſignũ cru/
cis ſuper calicem.

In noĩe patris ✠ et filij ⁊ ſpiri/
tuſſancti. Quid retribuã domi͂o
pro oibus que retribuit michi.
Accipe calicem dicendo. Calicem
ſalutaris accipiã ⁊ nomẽ dñi inuo
cabo. Tenẽs calicem in medio al
taris dic.

In ſpiritu humilitatis ⁊ aĩo con
trito ſuſcipiamur dñe a te. ⁊ ſic fi/
at ſacrificiũ noſtꝝ vt a te ſuſcipiat᷑
hodie: ⁊ placeat tibi dñe deus.
Deinde facta cruce cũ calice. pate
na ⁊ hoſtia cũ hijs verbis In noĩe
patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. pone
eũ ſup corpali. Deinde accipe pa/
tenam cũ hoſtia et dic.

Acceptũ ſit tibi oĩpotenti deo ſa/
crificiũ iſtud altari tuo ſuppoſitũ.
et in ↄſpectu diuine maieſtatis aſ
cendat. Deinde facta cruce cũ pa
tena ⁊ hoſtia cũ hijs verbis In no
mĩe patris ✠ ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. po
ne hoſtiã ſup corpali. Deinde be/
nedic vtrũqꝫ dicendo.

Veni ſanctificator oĩps eterne de
us. ſanctifica ✠ hoc ſacrificiũ no
mini tuo preparatũ. Per chriſtũ do/
minũ noſtꝝ. Inclina et dic.

Suſcipe ſancta trinitas hanc
oblacionẽ quã tibi offerim᷒
in memoriã paſſionis reſurrectio
nis ⁊ aſcẽſionis dñi nr̃i iheſu chri/
ſti. ⁊ in honorẽ beate marie ſemꝑ
virginis ⁊ oĩm ſcõꝝ. vt illis ꝓfici/
at ad honorẽ. nobis aũt ad ſalutẽ.
et vt illi pro nobis intercedere dig
nẽtur in celis. quoꝝ memoriã agi
mus in t̃ris. Qui viuis ⁊ regnas
deus ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.
Verte te ad populum dicẽdo.

Orate pro me peccatore fratres
et ſorores. vt meũ pariter ⁊ veſtꝝ
ſacrificiũ acceptabile fiat apud de
um oĩpotentẽ. Oremus. De/
inde legatur Secreta. Cõcluden/
do eandẽ tali modo Per dñm no/
ſtrũ iheſum chriſtũ filiũ tuũ qui te
cũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiri/
tuſſancti deus. Deinde prefacio
ſm tempus.

Sequũtur prefaciones Et primo
In natiuitate domini ꝑfacio. So
lempnis.

Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Dn̄s vobiſcū. Surſum corda. Grās agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt e quū et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiq; gracias agere domi/ ne ſacte pater om̄ipotēs etne deꝰ.

Quia per incarnati verbi myſte riū noua mētis noſtre oculis lux tue claritatis inful ſit. Ut dum viſibiliter deū cognoſcimꝰ ꝑ hunc in inuiſibiliū amorē rapiamur.

Et ideo cū angelis et archange lis cum thronis et dominacionibꝰ

Cumq; omni milicia celeſtis ex/ ercitus hymnū glorie tue canimꝰ ſine fi ne di cen tes.

In natiuitate dm̄i pfa. dm̄icał.

Per omnia ſe cula ſeculoꝝ. Dn̄s vobiſcū Sur ſum corda. Gracias agamus do mino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt equū et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ et vbiq; grās agere dn̄e ſancte pa ter oipotens eterne deus. Quia per incarnati verbi myſterium noua mētis noſtre oculis lux tue clarita tis inful ſit. Ut dum

uiſibiliter deum cognoſcimꝰ per
hunc in inuiſibiliũ amorem rapi/
amur. Et ideo cum angelis ⁊ ar
changelis cum thronis et domia/
cionibus. Cumq; omni milicia
celeſtis exercitus hymnũ glorie
tue canimus ſine fine dicentes.

In epiphania domini prefacio ſolempnis.

Per omia ſecula ſeculorꝫ. Dominꝰ vobiſcũ.
Surſũ corda Gracias agamus
domino deo noſtro.

Uere dignum et iuſtum eſt e/
quũ et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ
et vbiq; gracias agere domie ſan
cte pater omnipotens eterne deꝰ.
Quia cum vnigenitus tuus in
ſubſtãcia noſtre mortalitatis ap/
paruit noua nos immortalitatis
ſue luce reparauit. Et i deo cũ
angelis et archangelis cum thro/
nis et dominacionibꝰ Cumq; õ/
ni milicia celeſtis exercitus hym/
nũ glorie tue canimus ſine fi ne
di centes.

In ephia pfa. dñical.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gracias agamus domio
deo noſtro.

Vere dignū et iuſtū eſt equū et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbi/q̄ gracias agere dn̄e ſancte pater omnipotens eterne deus. Quia cū vnigenitus tuus in ſubſtancia noſtre mortalitatis apparuit no/ua nos imortalitatis ſue luce re/parauit. Et ideo cū angelis ⁊ ar chāgelis cū thronis ⁊ dn̄acionibꝰ. Cūq; omī milicia celeſtis exercitꝰ hymnū glorie tue canimꝰ ſine fi ne dicētes.

In .xl. ferialibꝰ diebꝰ qn̄ de tp̄e fuat' vſq; ad dn̄icā in paſſi dn̄i pfa.

Per omnia ſecula ſeculorum.

Dominus vobiſcum. Surſum corda. Gracias agamus domio deo noſtro.

Vere dignū et iuſtū eſt equū et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbi q̄ gracias agere dn̄e ſancte pater omnipotēs eterne deus. Qui cor porali ieiunio vicia cōprimis mē/tem eleuas virtutē largiris ⁊ pre mia. Per chriſtū dn̄m noſtꝝ. Per quē maieſtatē tuā laudāt angeli adorāt dn̄aciōes tremunt poteſta tes. Celi celorūq; virtutes ac bea ta ſeraphin ſocia exultacione con celebrāt. Cū ꝗbus ⁊ nr̄as voces

vt admitti iu beas deprecamur
ſupplici confeſſione dicẽtes
In dñica in paſſione domini ſingu lis diebus vſqꝫ ad vigil. paſche qñ de tẽpore ſeruatur. ⁊ in vtriſqꝫ feſtis ſancte cruc̃ prefa. ſolẽpnis.

Per oĩa ſecu la ſeculoꝝ. Dñs vobiſcũ. Surſũ corda. Grãs agam⁹ dño deo nr̃o

Vere dignũ et iuſtũ eſt e quũ et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbi qꝫ grãs agere domĩe ſancte pater omĩpotẽs eterne deus. Qui ſalu tem humani generis in ligno cru cis conſtituiſti vt vnde mors orie batur inde vita reſurgeret. Et qui ĩ ligno vincebat in ligno quo qꝫ vinceretur. Per chriſtum dñm noſtrum. Per quem maieſtatẽ tuam laudant angeli adorant do minaciones tremũt poteſtates. Celi celorumqꝫ virtutes ac bea ta ſeraphin ſo cia exultacio ne concelebrant. Cum quibus ⁊ no ſtras voces vt admitti iubeas de precamur ſupplici confeſſione di centes.

De ſcã cruce qñ officium miſſe de eadẽ ꝑ an nũ ſeruatur pre facio dñicalis.

Per omnia ſecula ſeculorum. Dominus vo biſcum. Surſum corda. Gra cias agamus domino deo noſtro

Vere dignū et iuſtum eſt e
quū et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ
et vbiqꝫ gracias agere domie ſan
cte pať omnipotens eterne deus.
Qui ſalutem humani generis
in lig no crucis conſti tuiſti vt
vn de mors orie batur inde vi
ta reſurgeret. Et q̄ in ligno vin
cebat in ligno quoqꝫ vinceretur.
Per chriſtum do minū noſtrum.
Per quē maieſtatem tuam lau
dant angeli adorant dominacio/
nes tremunt poteſtates. Celi ce
lorūqꝫ virtutes ac beata ſeraphin
ſocia exultacione concelebrant.
Cum quibus et noſtras voces
vt admitti iubeas dep̄camur ſup
plici cōfeſſione dicētes.

In feſto paſche prefacio ſolempnis.

Per omnia
ſecula ſeculorum. Dominus vo
biſcum. Surſum corda. Graci
as agamus domino deo noſtro.
Vere dignum et iuſtum ē
equū et ſalutare. Te quidem do
mine omni tēpore ſed in hoc potiſ
ſimū die glorioſius predicare cū
paſcha noſtrum immolatus eſt
chriſtus. Ipſe enī verus eſt agn⁹

qui abſtulit peccata mundi. Qui
mortem noſtram moriẽdo deſtru
xit et vitam reſurgendo repara-
uit. Et ideo cum angelis ⁊ ar
changelis cum thronis et domi-
nacionibus. Cumq; omni mili-
cia celeſtis exercitus hymnũ glo-
rie tue canimus ſine fi ne dicen-
tes.

In paſcha prefacio dñical.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Dominꝰ vobiſcũ. Surſũ corda
Gracias agamꝰ domĩo deo nr̃o.
Vere dignum et iuſtum eſt e-
quũ et ſalutare. Te quidem do-
mine omni tempore. ſed in hoc po
tiſſimũ die glorioſius p̃dicare cũ
paſcha noſtrꝫ immolatus eſt chri-
ſtus. Ipſe eñ verus eſt agnus q̃
abſtulit peccata mũdi. Qui mor
tẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit ⁊ vitã
reſurgẽdo reparauit. Et ideo cũ
angelis ⁊ archãgelis cũ thronis ⁊
dñacioĩbꝰ. Cũq; omĩ milicia cele-
ſtis exercitꝰ hymnũ glorie tue ca-
nimꝰ ſine fine dicẽtes.

In aſcẽſ. dñi prefacio ſolẽpnis

Per oĩa ſecula ſe
culoꝝ. Dñs vobiſcũ. Surſũ cor
da. Grãs agamꝰ dño deo noſtro

Vere dignum et iuſtum eſt e quū et ſalutare. Nos tibi ſem per et ubiq3 gracias agere domi/ ne ſancte pater omnipotens eter ne deus. Per chriſtum dominum noſtrum. Qui poſt reſurrectio/ nem ſuam omibus diſcipulis ſu/ is manifeſtus apparuit ⁊ ipſis cer nentibus eſt eleuatus in celū vt nos diuinitatis ſue tribueret eſſe participes. Et i deo cum ange lis et archangelis cum thronis ⁊ dominacio nibus. Cumq3 om/ ni milicia celeſtis exercitus hym/ nū glorie tue canimus ſine fine di centes.

In aſcēſione p̄fa. dn̄ical.

Per omnia ſecula ſeculorum. Dominus vobiſcum. Surſum corda. Gracias agamus domi/ no deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt equū et ſalutare. Nos tibi ſem/ per et ubiq3 gracias agere domi/ ne ſancte pater omnipotens eter ne deus. Per chriſtum dominum noſtrū. Qui poſt reſurrectionē ſuā omib⁹ diſcipulis ſuis manife/ ſtus apparuit ⁊ ipſis cernētib⁹ eſt

eleuatus in celũ vt nos diuinita/
tis ſue tribueret eſſe participes.
Et ideo cũ angelis et archange/
lis cũ thronis et dñacionib⁹. Cũ
q̃ oĩ milicia celeſtis exercit⁹ hym/
nũ glorie tue canim⁹ ſine fine dicẽ
tes. In pẽthecoſ. pfa. Solẽpnis
Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Dñs
vobiſcũ. Surſũ corda. Gracias
agamus domio deo noſtro.
Vere dignum ⁊ iuſtum eſt e
quũ et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ
et vbiq; gracias agere domie ſan
cte pať omnipotens eterne deus.

Per chriſtum do minũ noſtrum.
Qui aſcendens ſuper omnes ce/
los ſedenſq; ad dexteram tuam
promiſſum ſpiritum ſanctũ hodi/
erna die in fi lios adopcio nis ef
fudit. Qua ꝓpter profuſis gau/
dijs totus in orbe terrarũ mũdus
exultat. Sed et ſuperne virtu/
tes atq; angelice poteſtates hym
nũ glorie tue concinũt ſi ne fi ne
di centes. De ſcõ ſpũ pfa. dñical.
Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Dñs
vobiſcũ. Surſum corda. Grãs
agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt e/
quū et ſalutare. Nos tibi ſemp
et vbiq; gracias agere domie ſan
cte pater omnipotēs eterne deus
Per chriſtum dominū noſtrum.
Qui aſcendēs ſup oīes celos ſe/
denſq; ad dexterā tuā promiſſum
ſpiritūſanctum in filios adopcio/
nis effudit. Qua ppter profuſis
gaudijs totus in orbe terraꝝ mū/
dus exultat. Sed et ſuperne vir
tutes atq; āgelice poteſtates hym
nū gloꝛie tue cōcinunt ſine fine
dicētes De ſcā trinitate ſolēpnis
Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Do
min⁹ vobiſcum. Surſum corda.
Gracias agam⁹ domio deo nr̄o.
Vere dignū et iuſtum eſt e
quū et ſalutare. Nos tibi ſemp
et vbiq; gracias agere domie ſan
cte pater omnipotēs eterne deus
Qui cum vnigenito filio tuo et
ſpiritu ſancto vnus es deus: v/
nus es dominus. Non in vni/
us ſingularitate perſone ſed in
vni⁹ trinitate ſubſtācie. Quod
enim de tua gloꝛia reuelante te
credimus hoc de filio tuo. hoc de

ſpiritu ſancto ſine differencia diſ/
crecionis ſentimus. Et in con/
feſſione vere ſempiterneqꝫ deita/
tis. et in perſonis proprietas. et in
eſſencia vnitas. et in maieſtate a/
doretur equalitas. Quã laudãt
angeli adorãt dominaciones tre/
munt poteſtates. Celi celorũqꝫ
virtutes ac beata ſeraphin ſo cia
exultacio ne concelebrãt. Cum
quibus et noſtras voces vt admit
ti iubeas deprecamur ſup plici cõ
feſſio ne dicentes. De ſcã trini/
tate pfa. dñicaſ.
Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Dñs
vobiſcũ. Surſũ corda. Gracias
agamus domĩo deo noſtro.
Vere dignũ et iuſtum ẽ equũ
et ſalutare. Nos tibi ſemper et
vbiqꝫ gracias agere domĩe ſancte
pater omnipotens eterne deus.
Qui cũ vnigenito filio tuo et ſpi
ritu ſancto vnus es deus vnus es
dominus. Non in vnius ſingula/
ritate perſone. ſed in vnius trini/
tate ſubſtancie. Quod enĩ de tua
gloria reuelante te credimus hoc
de filio tuo. hoc de ſpiritu ſancto ſi
ne differẽcia diſcrecionis ſentim9.

Ut in confeſſione vere ſempiter
neq; deitatis et in perſonis ꝓprie/
tas et in eſſencia vnitas et in ma
ieſtate adoretur equalitas. Quã
laudãt angeli adorant dominacõ
nes tremũt poteſtates. Celi celo
rũq; virtutes ac beata ſeraphin
ſo cia exultacione concelebrant.
Cum quibus et noſtras voces
vt admitti iubeas dep̃camur ſup
plici cõfeſſione dicẽtes. De dña
pieta. ſolẽpnis
Per oia ſecula ſeculoꝝ. Dñs
vobiſcũ. Surſũ corda. Gracias
agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt e/
quũ et ſalutare. Nos tibi ſemp̃
et vbiq; grãs agere dñe ſancte pa
ter oĩpotens eterne deus. Et te
in veneracione aſſumpcione bea
te marie ſemper virginis exultã/
tibus animis collaudare benedi/
cere et predicare. Que et vnige/
nitum tuũ ſancti ſpiritus obũbra
cione concepit. et virginitatis glo
ria permanẽte huic mũdo lumen
eternũ effudit iheſum chriſtũ do/
minũ noſtꝝ. Per quẽ maieſtatẽ
tuam laudant angeli adorant do

minaciones tremunt poteſtates

Celi celorūqꝫ virtutes ac beata
ſeraphin ſocia exultacione con/
celebrāt. Cum quibus ⁊ noſtras
voces vt admitti iubeas depreca/
mur ſup plici cō feſſione dicen/
tes.

De dña nr̄a p̄facio dm̄calis.

Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Dn̄s
vobiſcū. Surſū corda. Gracias
agamus domio deo noſtro.

Vere dignū et iuſtum ē equū
et ſalutare. Nos tibi ſemper et
vbiqꝫ gracias agere domie ſancte
pater omnipotens eterne deus.
Et te i veneracione beate marie
ſemper virginis exultātibus ani
mis collaudare benedicere et pre
dicare. Que et vnigenitum tuū
ſancti ſpiritus obumbracione cō/
cepit. et virginitatis gloria pma/
nente huic mūdo lumen eternū
effudit iheſum chriſtū dn̄m noſtꝝ.
Per quē maieſtatem tuam lau/
dant angeli adorant dominacio/
nes tremūt poteſtates. Celi ce/
lorūqꝫ virtutes ac beata ſeraphin
ſocia exultacione cōcelebrāt. Cū
quibus et noſtras voces vt admit

ri iubeas deprecamur ſupplici con
feſſione dicētes. De apl'is p̄fa. ſolemnis.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gracias agamus domio
deo noſtro.

Vere dignū et iuſtū eſt equū
et ſalutare. Te domine ſupplicit'
exorare vt gregē tuū paſtor eter/
ne nō deſeras. Sed p beatos apo/
ſtolos tuos ꝯtinua protectione cu
ſtodias. Ut eiſdem rectorib' gu/
bernetur quos operis tui vicari/
os eidem contuliſti preeſſe paſto/
res. Et ideo cū angelis ⁊ archan
gelis cum thronis ⁊ dn̄acionibus
Cūq3 omī milicia celeſtis exercit'
hymnū glorie tue canim' ſi ne fi
ne dicētes. De apl'is p̄fa. dn̄ical.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Dn̄s vobiſcū. Surſum corda.
Grās agamus dn̄o deo noſtro.

Vere dignū et iuſtū eſt equū
et ſalutare. Te domine ſupplicit'
exorare. vt gregē tuū paſtor eter/
ne non deſeras ſed p beatos apo/
ſtolos tuos continua protectione
cuſtodias. Ut eiſdem rectoribus

gubernetur quos operis tui vica
rios eidem cōtuliſti preeſſe paſto/
res. Et ideo cū angelis et archā/
gelis cum thronis et domiacioni/
bus. Cumq; omī milicia celeſtis
exercitus hymnū glorie tue cani
mus ſine fine dicentes.

Prefa/cio Cotidiana Solēpnis.

Per oia ſecu
la ſeculoꝝ. Dn̄s vobiſcū. Surſū
corda. Grās agam⁹ dn̄o deo nr̄o
Vere dignū et iuſtū eſt e quū
et ſalutare. Nos tibi ſemp ꝛ vbi/
q; grās agere domie ſancte pater
omipotēs eterne de⁹. Per chriſtū
dominū noſtꝝ. Per quem ma/
ieſtatē tuam laudant angeli ado
rant dominaciones tremūt pote
ſtates. Celi celorumq; virtutes
ac beata ſeraphin ſo cia exulta
cio ne concelebrant. Cum quib⁹
et noſtras voces vt admitti iube/
as deprecamur ſupplici confeſſio/
ne dicentes.

Prefacio cotidiana Pn̄calis.

Per omnia ſecula ſecu
lorum. Domin⁹ vobiſcū. Sur
ſum corda. Gracias agamus do
mino deo noſtro.
Vere dignū et iuſtū eſt equū

et ſalutare. Nos tibi ſemper et
vbiq; gracias agere dñe ſacte pa/
ter omnipotens eterne deꝰ. Per
chriſtum dominũ noſtrum. Per
quẽ maieſtatem tuam laudãt an
geli adorant dominaciones tre/
mũt poteſtates. Celi celorumq;
virtutes ac beata ſeraphin ſocia
exultacione cõcelebrant. Cum q̃
bus ⁊ noſtras voces vt admitti iu
beas deprecamur ſupplici cõfeſſio/
ne dicẽtes.

Prefacio Cotidiana ferialis

Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Dñs
vobiſcũ. Surſũ corda. Gracias
agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt
equũ et ſalutare. Nos tibi ſemꝑ
et vbiq; gracias agere domĩe ſan/
cte pater omnipotẽs eterne deus
Per chriſtum dominũ noſtrum.
Per quẽ maieſtatẽ tuã laudant
angeli adorant domĩaciones tre/
mũt poteſtates Celi celorũq; vir
tutes ac beata ſeraphin ſocia ex/
ultacione concelebrant. Cum q̃
bus et noſtras voces vt admitti
iubeas deprecamur ſupplici con/
feſſione dicentes.

Hymnus angelicus.

Sanctus. Sanctus. Sanctus domin⁹ deus ſabaoth Pleni ſũt celi et terra gloria tua Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini Oſanna in excelſis.

In natiuitate domini Infra actionem ipſo die tantum.

Communicantes et noctẽ vel diem ſacratiſſimũ celebrãtes quo btẽ marie intemerata virginitas. huic mũdo edidit ſaluatorem. Sed et memoriã venerãtes. In p̃mis eiuſdem glorioſe ſemper virginis marie genitricis dei et domini noſtri iheſu xp̃i ſcd̃m carnẽ. Sed et beatorũ apoſtoloꝝ ac martyꝝ tuorum Petri.

Infra actionem in Epyphaĩa domini ipſo die tantum.

Communicātes et diē ſacratiſſimū celebrātes. quo vnigenitus tuus in tua tecū gloria coeternus. ī veritate noſtre carnis viſibiliter corꝑalis apparuit. Sed et memoriā venerātes In primis glorioſe ſemꝑ virgis marie genitricis eiuſdē dei ꝛ domini noſtri ihesu christi. Sed ꝛ beatorum apoſtoloꝝ ꝛc̄.

In cena domini Infra actionem.

Communicātes et diē ſacratiſſimū celebrantes quo dn̄s noſter ihesus chriſt⁹ ꝓ nobis ē traditus. Sed et memoriā venerantes. In p̄mis glorioſe ſemꝑ virginis marie genitricis eiuſdē dei ꝛ dn̄i noſtri ihesu christi. Sed et beatoꝝ apoſtoloꝝ ac martyꝝ tuorū. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clemētis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurencij. Chryſogoni. Johānis et Pauli Coſme et Damiani. Et oīm ſanctoꝝ tuorū quoꝝ meritis p̄cibuſq̄ cōcedas. vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdem chriſtum dn̄m noſtꝝ. Inclina.

Hanc igitur obla/
cionē ſeruitutis
noſtre ſed et cuncte fa
milie tue quā tibi offe
rim⁹ ob diē in qua do
minus noſter iheſus
chriſtus tradidit diſ/
cipulis ſuis corpis et
ſanguinis ſui celebrā
da myſteria qm̄s dn̄e
vt placatus accipias
dieſq; noſtros in tua
pace diſponas. atq;
ab eterna dāpnaciōe
nos eripi. ⁊ in electoꝝ
tuoꝝ iubeas grege nu
merari Per chriſtum
dn̄m noſtꝝ. Erigete.
Quam oblacionē
tu deus in oībus
qm̄s bene✠dictā Aſ
ſcri✠ptā. Ra✠tam
Rationabilē. accepta
bilemq; facere digne/
ris. vt nobis cor✠p⁹
et ſan✠guis fiat dile
ctiſſimi filij tui dn̄i no
ſtri iheſu chriſti.
Accipe panem
Qui pridie q̄z p no
ſtra oīm ſalute patere
tur. hoc eſt hodie. ac/
cepit panē in ſanctas
ac venerabiles man⁹
ſuas. ⁊ eleuatis oculiſ
in celū ad te deū patrē
ſuū omnipotentē. tibi
gracias agēs. bene✠
dixit. fregit. dedit diſ/
cipulis ſuis dicēs. Ac
cipite et mādūcate ex
hoc oēs. Hoc ē enim
corpus meum.
Infra actionē a vigi/
lia paſche vſq; ad ſab
batum excluſiue.

COmmūicātes et
noctē vel diē ſa/
cratiſſimū celebrātes
reſurrectōnis dñi no
ſtri ihesu chriſti ſcd̄m
carnē. Sed ꝛ memori
am venerātes. In pri
mis glorioſe ſemp̄ vir
ginis marie genitri/
cis eiuſdē dei ꝛ domi/
ni noſtri ihesu chriſti.
Sed et beatoꝝ apoſto
loꝝ ac martyꝝ tuoꝝ.
Petri. Pauli Andree
Jacobi. Johannis.
Thome Jacobi Phi
lippi. Bartholomei.
Mathei. Symonis et
Thadei. Lini. Cleti.
Clemētis. Sixti. Cor/
nelij. Cypriani. Lau/
rencij. Criſogoni. Jo/
hannis et Pauli. Coſ

me et Damiani. et om
nium ſanctoꝝ tuoꝝ
quoꝝ meritis p̄cibuſ/
qꝫ cōcedas. vt in om̄i/
bus protectionis tue
muniamur auxilio.
Per eūdem chriſtum
dñm nr̄m. Inclina.

HAnc igitur obla/
cionē ſeruitutis
noſtre ſed et cuncte fa
milie tue quā tibi offe
rimus. Pro hijs quo/
qꝫ quos regenerare di
gnatus es ex aqua et
ſpiritu ſancto tribuēs
eis remiſſionē omniū
peccatoꝝ. qm̄s domi
ne vt placatꝰ accipi/
as dieſqꝫ nr̄os in tua
pace diſpōas atqꝫ ab
eterna dampnacione
nos eripi. ꝛ in electoꝝ

tuoꝝ iubeas grege nu
merari Per chꝛiſtum
dominũ noſtrum.

In aſcẽſione dñi tan-
tũ Infra actionem

Communĩcãtes et
diẽ ſacratiſſimũ
celebꝛantes quo dñs
noſter vnigenitus fili
us tuus vnitã ſibi fra
gilitatis noſtre ſubſtã
ciã in glorie tue dexte
ra collocauit. Sed et
memoriã venerantes
In pꝛimis glorioſe ſp
virginis marie geitri
cis eiuſdẽ dei et domi
ni noſtri iheſu chꝛiſti.
Sed ⁊ beatoꝝ apoſto-
loꝝ ac martyꝝ ⁊c̃.

Infra actionẽ a vigi-
lia penthecoſ. vſq; ad
ſabbatũ excluſiue.

Communicãtes
et noctem vel di
em ſacratiſſimũ pen-
thecoſtes celebꝛantes
quo ſpiritusſanct' a-
poſtolis innũeris lin-
guis apparuit. Sed et
memoriã venerãtes.
In pꝛimis glorioſe ſp
virginis marie geitri
cis dei ⁊ dñi noſtri ihe
ſu chꝛiſti. Sed ⁊ beato
rũ apłoꝝ ac martyꝛũ
tuoꝝ Petri Pauli An
dꝛee. Jacobi. Johan-
nis. Thome. Jacobi.
Philippi. Bartholo-
mei. Mathei. Symo-
nis et Thadei. Lini.
Cleti. Clemẽtis. Six-
ti. Cornelij. Cypꝛiani
Laurencij. Chꝛyſogo
ni. Johãnis et Pauli.

Coſme et Damiani.
Et oīm ſanctoꝝ tuorū
quoꝝ meritis p̄cibuſ-
qꝫ cōcedas. vt in omi-
bus protectionis tue
muniamur auxilio.
Per eūdem christum
dn̄m nr̄m. Inclina

Hanc igitur obla-
cionē ſeruitutis
noſtre ſed et cuncte fa
milie tue quā tibi offe
rimus. Pro hijs quo-
qꝫ quos regenerare di
gnatus es ex aqua et
ſpiritu ſancto tribuēs
eis remiſſionē omniū
peccatoꝝ. qm̄s domi
ne vt placatꝰ accipi-
as dieſqꝫ nr̄os in tua
pace diſpōas atqꝫ ab
eterna dampnacione
nos eripi. ꝛ in electoꝝ
tuoꝝ iubeas grege nu
merari Per christum
dominū noſtꝝ. Dein-
de erigas te ꝛ dic Qu-
am oblacionē. cū cete
ris omibus Reqre in
fra in canone.